

Præfatio.

obtrudere, segetem licet metere maximã.
Amans veritatis animus hoc, ut alios
ingenui mei factus, æqui bonique consulet.
Quanquam prævideo, non defuturos, qui
erroris cujusdam in his aphorismis rei a-
cti, plenis in me calumniæ velis ferantur.
Qui tamen tantùm abest, ut propterea à
regia veritatis via me seducant, ut potius
iis commonefaciendos existimem, si quic-
quam sanæ, quicquã compositæ & Chri-
stianæ mentis habent, si veri philosophi,
& pii medici esse velint, sistant se mecùm
ad tribunal Vulcani, rationis & experi-
entia, ubi omnem causam non agemus
tantùm, sed & peragemus, ac cognitã
indidem veritate, litèque penitùs decisã,
de hoc meo labore judicent æquiùs, neque
minùs perversè, quàm nolint ipsi sinistra
aliorum judicia experiri. Vale. Da-
bam Oldenburgi 2. Augusti
anno 1619.

APHO-